

Nondum.

Admodum Reverende ac Clarissime viri, Cognate
plurimum honorande.

Tandem, tandem etiam mea ad te litera. Dini
fateor, mihi hic animus; sed nescio quia ex
transverso identidem intercurreunt occupationes,
Clientumque post obitum ~~defuncti~~ avunculi mei molestia
longe quam antea frequentiores, ne dicam
importuniores, quia mihi etiam dum iura volo,
vix ac ne vix quidem mei iuris esse patiuntur.
De valetudine mea, si quavis, prospera ea adhuc
atque illibata. Utinam de uxore mea idem mihi
dicere liceat. Quam agitudo gravissima, aqua suis
intercitis per aliquot menses ita afflixit, lectoque
continuo affixit, ut medicorum quorundam iudicio
insanabilis pronuntiatur; vivit quidem, sed spiritum
trahere quam ducere videtur. Vultus ei Cadaverosus,
languentes oculi, tremula manus, venter & pedes
tumidi ac distenti, imbecillitas corporis universa
& virium dejectio; haud dubia lenti ac con-
clamati morbi praecordia, qui certo passu
ducit ad fatalem metam, nullis enim amplius
aut remedijs aut medicorum peritijs cedit.
Sper tamen illa blanda et infidiosa mortalibus.
Divina nescio quia animo de recuperanda valetudine

I. amant. my frater.

saucito Ep. 7. praevalent. Haec sine joco scribo. Et nunc

suggerit. O utinam Hygeia benigno eam
vultu respiceret, mihiq; hanc tam amicam con-
gem dulcissimam vitam, consortem, parentibus me-
geram filiam, suo vero unico nostro Ascanio
benevolam matrem ex favissima hujus morbi tem-
state in optatum pristina valetudinis portum
reduceret. Quod ut summus ille vita et mor-
Arbiter nobis benignè largiatur, quantum possumus
votis ac precibus contendere, et interim vos, reveren-
dissime, una cum coniuge ac liberis meliore
nutritore fato vivere ac valere opto.

Amicum et Reverende
viri Vestrae Res.

Groninga 24. Martij
1677

Veneratissimij
Dien Vriendt

AA 1.1 1.1. 109

194

193

nptiti
Apr.

J. amant my frater

[Handwritten signature]

Sancto, Ep. 9. praevalent. Hae sine loco scribo. Et nunc



L. 10. 10.

Admodum Reverendo Claustro Celeberrimo
meo viro Dno Joanni Cocco SS.
Theologiae Doctori eiusdem facultatis
in Ecclesia Lugduno-Bat. Academiae pro:
fessor ordinario